Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cum tegat. Abundet in eo constantia fidei. puritas dilectio
nis. sinceritas pacis. Sint speciosi munere tuo pedes eius
ad euuglizandum pacem. ad euuglizandu bona tua. Da
ei dne ministerii reconciliationis in uerbo & in factis. in
uirtute signorum & prodigiorum. Sit sermo eius & predicatio non
in persuasibilib; humane sapie uerbis. s; in ostensione spe
& uirtutis. Da ei dne claues regni celorum. ut utatur non
gloriet potestate. quam tribuis in edificationem. ñ in de
structionem. Qd eumq; ligauerit sup terram. sit ligatum &
in celis. & qd eumq; soluerit sup terram. sit solutum & in
celis. Quorum detinuerit peccata detenta sint. & quorum dimi
serit tu dimittas. Qui benedixerit ei sit benedictus. & q
maledixerit ei maledictionib; repleat. Sit fidelis seruus
& prudens quem constituas tu dne sup familiam tuam
ut det illis cibum in tempore oportuno. & exhibeat omnem
hominem perfectum. Sit sollicitudine impiger: sit spiritu fer
uens. oderit superbiam. humilitatem diligat. nec eam umq.
deserat. aut laudib; aut timore superatus. Non ponat lucem
tenebras. nec tenebras lucem. non dicat malum bonum.
nec bonum malum. Sit sapientib; & insipientib; debitor:
ut fructum de perfectu omnium consequatur. Tribuas ei
dne cathedram episcopalem ad regendam eccl[illegible]am tuam
& plebem uniuersam. Sis ei auctoritas. sis ei po[illegible]testas.
sis ei firmitas. Multiplices sup eum benedi[illegible]ctionem & gra
ciam tuam. ut ad exorandam sempiternam tuam tuo mu